UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

verum hæredem, & heredem putatiuū inſtitutū teſtamento vnius ſolenni per ſententiam, ſeu præcedente ſentētia, talis diuiſio, & bonorū aſsignatio valeat & illi ſtandum eſt ad preiudiciū veri heredis; quia ſententia facit ius inter partes l.ſtatu liberi à cæteris. ſtatu lib.c.bone de elect.c.in præſentia de renunciatione de re iudi.not.per glo.& Abb.in c.qm̄ conqueſtus glo.de probatio.vbi poſt Inno. doct. cōmuniter, & ibi ſum ſolitus latiſsimè dicere, ꝙ in tm̄ præſumitur pro ſententia, & eius iuſtitia, ꝙ talis dicitur præſumptio iuris, & de iure, contra quàm nō admittitur etiam per veras probationes. ¶ Non obſtant allegata in contrarinm, quia ex prædictis apparent ſoluta, nam tex.in d. l.de his ff.de trāſactio.cū dici non poteſt, ꝙ ipſa filia, & ſucceſsiuè Sebaſtianus heres habuerunt ſcientiā teſtamenti, & eius tenoris eo tempore, quo ſoluta fuit dos filię, & Sebaſtiano coniugibus, quia in inſtrumento totus tenor teſtamenti fuit regiſtratus, & lectus, itē poſt mortē ipſius filiæ etiam Sebaſtianus illius ſcientiam habuit, cum li... quando ſuper diſpoſitis in dicto teſtamento illud tūc fuiſſet productum, eiuſq; copia decreta, & exhibita Sebaſtiano nec non quando poſt ſententias, & laudū facta fuit diuiſio, & aſsignatio bonorū, vt apparet in illis inſtrumentis, & ideo ceſſat diſpoſitio d.l.de his, vt per dictā, & l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb. obligat per Alex.in conſi.114.colu.in.2.volu. Et ſi inde prætenditur ignorātia, qa & filia, & Sebaſtianus ignorauerunt teſtamentum eſſe nullum propter defe...

41 ... dici poteſt, quod † talis error dicitur eſſe iuris, qui nocet in quærendis, vt eſt etiam ī caſu, quo ageretur de hæreditate patris, quæ dicitur quæſita, vt eſt text. in l.ſi emancipata, & ibi glo.& Bar. de iuris & fact. ignor. & ibi per totum, & in l.iuris ignorantia & ſequ. ff. eod. tit. At in caſu noſtro ex quo coniuges, vel ſaltem Sebaſtianus ſæpius viderunt & conſiderauerunt teſtamētum Laurentij, de ... & veriſimiliter potuerunt videre numerum teſtium, & an ſcriptum eſſet in eo, notarium non dixiſſe ſcripſiſſe, quòd Sacerdos haberetur publicè pro Sacerdote, quia hoc uitiū erat patens, quod facit, vt teſtamentū dicatur nullum, & in dubio pro eo non præſumatur, vt dicit Bald.in d. l. ſi poſt in 1. oppoſ.& ... in fin.verb. † ergo ſi huiuſmodi error, qui fa... dicatur, allegetur, dicetur craſſus, & ſupinus, quia patens, & talis, vt non debeat prodeſſe alleganti.l.nec ſupina l.regula. §. ſi quis in fin.verb. ff. de iur. & fact. ignor. Et ſi dicatur, quòd dicti coniuges errauerunt, quia ipſi ignorauerunt ex tali defectu vnius teſtis, vel omiſsionis ſolennitatis teſtamentum eſſe nullum, imo credebant illud valere, dico, iſtam ignorantiam, & hunc errorem fuiſſe, & eſſe iuris, arg.l. 1.ff. de iur. & fact.ignor. & habetur in d.l.ſi poſt, & in d.l. cum teſtamentū.C.eod. tit. † qui error iuris etiā mulieribus, & maioribus nocet in quærendis, etiā ſi ſimus in hęreditate materna, ſeu paterna, quæ non dicitur quæſita, ... quaſi quæſita, & de ea iudicatur, vt de re quærenda ... & 3.& per totum. C. de iur. & fact.ignor. Item ... per iuramentum, quia fuit renuntiatum cū iuramento, valet tranſactio, compoſitio, ſeu aſsignatio facta ſuprà cū hæredibus ſcriptis, nō obſtante quòd ... fuerit dictum ... lectis, & cōſideratis verbis teſtamenti, iux.d.l.de his, vt latè habetur per Alex. in d. conſ. in 2. vol. in 4.& 5.colu.& habetur in d.l.de his, & per Alex. in d.§.duo fratres, cum pluribus, quæ poſſem allegare. ¶ Non obſtat, quod filia erat minor, ergo poſſit etiam ſuccurri hæredi ſuo per reſtitutionem in integrum, vt ſuprà, quia ex quo ipſe Laurentius erat maior, & interuenit ſemper in quibuſcūque

44 geſtis, & factis, ceſſare debet reſtitutio, † cū illa nō de-

tur maiori propter errorē iuris, quādo ſumus in quærendis, prout ſunt, & erant dicti coniuges, vt dictum fuit ſuprà per tex.in d.l.2.& 3.& per glo.& doct. in d. l.ſi poſt cum ſimilibus. Cæteris autem, quæ in contrariū allegata fuerūt, & allegari poſſunt, ex p̄dictis patet reſponſum facilè poſſe accommodari. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamētum factū cum clauſula derogatoria ad ſequentia quo modo per ſequens teſtamentum reuocatum dicatur. & nu. 7.*
2 *Quid de facto inter liberos cum eadem clauſula. & num.8.*
3 *Teſtamēti reuocatio facta ſolenniter corā ſeptem teſtibus ad utilitatē veniētiū ab inteſtato, quos teſtator vult ſibi ſuccedere, dicit eſſe teſtm̄, in quo ueniētes ab inteſtato ſunt hr̄edes inſtituti.*
4 *In teſtamento extendo ad conſilium ſapientis quid ſapiens poſſit apponere.*
5 *Specialiter dictum quid dicatur.*
6 *Vltima volūtas defuncti attēdit, cęteriſq; precedētib⁹ pręualet.*
8 *Teſtamentū ſecundū ſolēniter factū inter liberos tollit omne præcedens teſtamentum etiam inter liberos abſq; ſpeciali mentione clauſulæ derogatoriæ prioris.*
9 *Specialiter, & nominatim quid in teſtamento exprimitur etiam per verba vniuerſalia, quamuis pro forma expreſſio ſpecialis, & nominatim facta requireretur.*
10 *Teſtamēti propriū magis eſt præteritis, quàm futuris derogare.*
11 *Teſtamentum ad pios uſus factum, piaq; legata continens clauſulā tam ad præterita, quàm ad futura derogatoriam habet.*
12 *Teſtamentū cū clauſula caſſans, & irritās omne aliud teſtamētū hactenus factum, etiam ſi in illo eſſent verba derogatoria expreſſa &c. valet, prioribuſq; derogat.*
13 *Idē, ſi ſolā clauſulam habeat Caſſans, & irritans omne aliud teſtamentū hactenus per eum factū cum abbreuiatura etcætera.*
Abbreuiatura, etcætera, in teſtamentis, aliiſq; actibus quomodo extendatur, & quid importet.
14 *Teſtamentū extendēdum ad conſilium ſapientis debet extendi cū clauſula derogatoria præcedentium.*
15 *Imola in l.gallus.§.idē credēdum.ff.de lib.& poſth.declaratur.*
16 *In teſtamento vltimo quando ad reuocationē prioris non ſolū de priori, ſed etiam de clauſula derogatoria illi appoſita ſpecialis mentio fieri debeat.*
17 *Protocollo potius, quàm exemplo ſtandum eſt.*
18 *Derogatoria verba teſtamentorum quæ dicantur.*
19 *Hæc verba, ſi contigerit eū mori ſine teſtamento non faciente expreſſam mentionem de hac diſpoſitione, an inducant derogationem ſequentibus: & quo modo poſſint verificari.*
20 *In Derogationis materia ſi expreſſum non valet, vt eſt expreſſum, nec id etiam valet, quod tacitum eſt, taciteq; infertur.*
21 *Clauſula derogans ſequentibus teſtamentis eſt exorbitans, odioſa, & reſtringenda.*
22 *Derogatio ſequentium non inducitur in teſtamentis ex verbis dubijs, quæ tacitè poſſent derogationem importare.*
23 *Teſtamentū extendendū ad ſenſum ſapientis cū clauſulis amplioribus etiam derogatorijs de quibus derogatorijs intelligatur.*
24 *Alex. in conſi.163.nu.5.lib.7.declaratur.*
25 *Legata debentur, etiam ſi teſtator hæredem uniuerſalem inſtituendo illum in omnibus bonis dictione alijs inſtituerit.*
26 *Emphyteoſis cōceſſio facta pro ſe, filijs, & nepotibus uſq; in tertiam generationem compræhendit etiam pronepotes.*
27 *Emphyteoſis Eccleſiæ alienatio inter comprehenſos in conceſſione non prohibetur.*
28 *Filius naturalis etiam legitimatus ad emphyteoſim Eccleſiaſticam non admittitur,*
29 *Maximè quando eſſet conceſſa pro filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio naſcituris.*
30 *Legitimatus à Comite non dicitur natus ex legitimo matrimonio, neq; comprehenditur in diſpoſitione vocante legitimos, & naturales natos ex legitimo matrimonio.*
31 *Emphyteoſis Eccleſiæ poteſt legari vni ex comprehēſis in conceſſione, etiā alijs excluſis.*

EPITOME.

TESTAMENTIS pluribus factis maximè in-
ter liberos,primo derogante expreſsè, & validè om-
nibus pcedētibus, & cū his clauſulis,& ſic declarauit
ex nunc velle mori ab inteſtato,& ſibi ſuos p lineam
directā deſcendentes venientes ab inteſtato ſuccede-
re, ſi ipsū ꝯtigerit mori ſine alio teſtamento nō faciē-
te expreſſam, & indiuiduā mentionē de hac ſua volū
tate,& cū clauſulis ēt amplioribus extendendis ad sē
ſum ſapientis, q idcirco cū clauſulis derogatorijs ſe-
quentiū teſtamentorū illud extendit in ampliſſima
forma; Altero verò deinde facto ſolenniter ēt inter
liberos,pluraq; pia legata ꝯtinēte,& cū clauſula, Caſ-
ſans, & irritans omne aliud teſtamentū hactenus fa-
ctum &c. Hoc vltimum valere, & primum reuoca-
tum eſſe demonſtratur.

Legata debentur,neq; cenſentur adempta ex eo,ꝙ
teſtator alium poſtea hæredem vniuerſaliter in omni
bus bonis abſq; adiectione alijs inſtituerit.

Emphyteoſis ab Eccleſia conceſſa pro ſe filijs, &
nepotibus legitimis & naturalibus ex legitimo ma-
trimonio naſcituris vſq; in tertiā generationē ad pro
nepotes quoq; tranſit,ſed non ad legitimatos, nec ad
deſcendentes ex eis.

CONSILIVM III.

VISO puncto vnà cū dubijs, ſup qbus conſi-
liū petit; Quo ad primū, an vltimū teſtamē
tū factū à Bartholomæo de anno. 1528.
die prima Iulij, in quo aliqua legata fecit
Petro, Paulo, & Peruſino nepotibus ſuis ex Ludoui-
co eius fratre, valeat, & teneat, ſtante priori teſtamen-
to p dictū Bartholomæū facto de anno 1527 die 26.
Februarij, extenſo ad ꝯſiliū ſapientis, vr̃ de iure con-
cludendū, ꝙ non valeat; qm̃ & ſi teſtatorē penituerit
cuiuſlibet prioris teſtamenti, & ipſe voluerit teſtamē
tū illud vltimo loco factū valere, vt colligitur ex ijs
verbis poſitis in dicto teſtamento, & hanc ſuā vltimā
voluntatē, &c. & ex illis caſſans, irritans, & annullans
omne aliud teſtamentū &c. tñ ex quo in vltimo teſta
mento non fuit expreſsè reuocata clauſula deroga-
toria ꝯtenta in priori, nec de illa in vltimo facta fuit
mētio aliqua ſpecialis, ſeu indiuidua; nō vr̃ receſſum
fuiſſe à priori teſtamento, in quo poſita fuit clauſula
derogatoria ad ſequētia teſtamenti, & ſequētes diſpo-
ſitiones, & in quo deſcendentes ab inteſtato ſuccedē
1 tes vocati fuerunt ad ſucceſſionē; † Quoniā vbicunq;
teſtator condidit teſtamentū in quo appoſuit clauſu-
lā derogatoriā ad ſequentia teſtamenta, ad hoc, vt il-
lud teſtamentū poſſit, ſeu dicat̃ reuocari, duo requirū
tur; primū, ꝙ in ſequēti teſtamēto fiat mētio de prio-
ri illud reuocando, itē & ſm, ꝙ in ſequenti fiat men-
tio de clauſula derogatoria ꝯtenta in priori teſtamē-
to: alioquin prius teſtamentū nō diceretur p ſequens
reuocatū, licet in vltimo ſequenti apponerentur illa
verba approbatoria vltimi teſtamenti, & hāc ſuā vlti
mā voluntatē aſſeruit eſſe, quā valere voluit &c. & il-
la verba generalia caſſans, & irritans, & annullās om-
ne aliud teſtamentū hactenus factū, &c. vt pbatur in l.
ſi qs in prin. ff. de leg. 3. & ibi Bar. cū quo p tranſeunt
Doct. magis cōiter, vt atteſtat, & ſequit Alex. in varijs
locis, vt l. ſancimus. C. de teſt. & ibi Bal. & alij, Pau. de
Caſ. Ang. & Imol. ī ſi mihi §. legatis ff. de leg. j. Fed. de
Senis. in conſ. 66. aliàs 47. vel 51. prout allegat Alex. in
ꝯſ. ſuo 155. in 6. volu. q idē tenet, & dicit Doct. cōmu-
niter ita ſequi. idē in cōſ. 7. & conſ. 134. in 4. volu. & in
conſ. 163. in 7. vol. Sed in caſu noſtro in vltimo teſta-
mento teſtator non fecit mentionē de clauſula dero
gatoria ꝯtēta in priori teſtamēto, ergo illud nō de-
uocatū p ſequēs teſtamentū: & iō diſpoſita in di-
timo teſtamento nullius ſunt effectus. ¶ Secun-
2 guo ſic, † vbicunq; in priori teſtamento ſunt in-
liberi cū clauſula derogatoria ad ſequentia teſta-
ta, tunc p aliud teſtamentū ēt factū inter liberos p-
cenſet̃ reuocatū prius factū īter liberos, niſi in ſeq-
ti facta fuerit duplex derogatio, expreſſa, & ſpecia-
nec ſufficeret, ꝙ generaliter caſſatū fuiſſet omne, &
quodcunq; teſtamentū, ac ēt facta fuiſſet mentio de
clauſula derogatoria cōprehenſa in priori ſibi dero-
gando, niſi vltra generalē reuocationē teſtamentoꝶ
pcedentiū dictū fuiſſet, & expreſſum de teſtamento
priori facto inter liberos, dicendo, caſſans &c.
omne aliud teſtamentū factū ēt inter liberos &c.
niſi facta fuiſſet mentio de clauſula ſpeciali dero-
toria cōprehenſa in priori teſtamēto: qm̃ ſic in prio-
ri duplex continebat̃ derogatio ſpecialis, vna expreſ-
ſa à teſtatore, alia expreſſa à lege, videlicet q̃ teſtamē-
tū factū eſt inter liberos iuxt. tex. cū ibi no. p Pau.
de Caſ. & alios in authen. hoc inter liberos &c.
ita ad tollendū illud teſtamentū factū inter liberos re-
quirit̃, ꝙ in ſequenti teſtamēto ēt facto inter liberos
adſit duplex derogatio videlicet dicēdo, nō obſtante
alio teſtamento facto inter liberos, & nō obſtante
clauſula derogatoria in illo appoſita: ita voluit Pau.
de Caſt. in d. auth. hoc inter liberos, ſequit̃ Alex. in ꝯſ.
163. in antep. col. in 7. vol. Dy. in c. qđ ſemel de reg. iu.
in 6. Cy. in diſput. ſua incip. qō talis eſt. pceſſit diſpoſi-
tio ſequētibus derogatoria, Arch. c. in vltima volūt.
13. q. 2. & dicit Bald. in d. auth. hoc inter liberos in fi.
verb. ꝙ qñ duo teſtamēta reperiunt̃ facta īter liberos,
ſi prius teſtamentū eſt fauorabilius liberis, quā ſit 2.
non ualet ſm in quo nō eſſet facta mentio de clauſu-
la derogatoria primi, & in quo nō eſſet ſpecialiter de-
rogatū primo; nec legata, nec fideicōmiſſa in eo reli-
cta debent̃, q a tota diſpoſitio teſtamēti eſt nulla. Sed
in caſu nr̃o de anno 1527. die. 26. Feb. Bartholomæus
fecit vltimā voluntatē reuocatoriā quorūcunq; teſta-
mētorū; q̃ vltima voluntas fuit teſtamentū, quo vo-
luit deſcēdētes ſuos ab inteſtato ſuccedentes debere
ſuccedere, & ꝯſequēter ī illo dr̃ īſtituiſſe liberos ſuos
q veniūt, & cōprehēdunt̃ appellatione deſcēdētiū, vt
in l. iuriſconſultus §. parentes cū ibi not. ff. de grad.
3 ac† vbicunq; qs teſtamēta prius facta reuocat coſſi-
ptē teſtibus, & cū ſolēnitate teſtamētaria ad beneficiū
& vtilitatē veniētiū ab inteſtato, q a ipſe vult venientes
ab inteſtato ſibi ſuccedere, tūc illa diſpoſitio dr̃ eſſe
teſtamētū, & veniētes ab inteſtato dicunt̃ hæredes inſti-
tuti, vt in l. ſi qs ita hæres inſtituat̃ ſi legitim⁹ ff. de hæ.
inſt. Alex. in l. ſancimus. C. de teſt. & in ꝯſ. 104. i 2. volu.
cū ſimilibus, q̃ poſſent allegari, ergo ad hoc, vt illud
teſtamentum per vltimum factum de anno 1528. eſſet
inter liberos potuerit reuocari, ī ipſo vltimo dū
debebat apponi clauſula derogatoria, videlicet di-
do, non obſtante alio teſtamento prius facto inter li-
beros, & clauſula quacunque alia derogatoria in illo
contenta: per prædicta; Quod cum non fuerit factum
ſequitur, ꝙ prius teſtamentum remanet validum, &
ſequens inualidum, & nullū quoad inſtitutionē, lega-
ta, & fideicommiſſa, & maximè cū præcedēs ſit fauo-
rabilius ipſis liberis, q̃ vltimū, per ea, quæ voluit Bald.
in d. authen. hoc inter liberos. ¶ Nec prædictis obſta-
re videtur, quòd in terminis noſtris in teſtamento
facto de anno 1527. in quo vocati fuerunt venien-
tes ab inteſtato, non fuit appoſita clauſula deroga-
ria ſubſequentium teſtamentorum, ſed ſolū pcedē-
tiū, vt patet ex inſtr̃o illius teſtamenti tranſumpti
ex protocollo notarij; & ideo neceſſarium non fuit
facere mētionē in teſtamento poſtea vltimo loco fa-
cto de

...ſio de clauſula aliqua derogatorio; Quia primo dici
poteſt, † Quod cum teſtator voluerit, & expreſsè di-
xerit, ꝙ teſtamentum, & clauſulæ derogatoriç in
illo contentæ deberent extendi ad conſilium ſapien-
tis prædictorum ſuorũ deſcendentium ab inteſtato,
ad electionem dictorum hæredum quidam ſapiẽs
iuriſconſultus extenderit dictum teſtamentum cum
clauſulis derogatorijs ſequentium teſtamentorum
ampliſſima forma, prout in extenſo mihi exhibito
vtitur, ſequitur, quod ſtandũ eſt illi extenſo cum il-
lis clauſulis derogatorijs, per ea, quæ volũt glo. Bar. &
Doc. in l. illa inſtitutio ff. de hæred. inſtit. vbi dicunt, ꝙ
ad validitatẽ teſtĩ ſapiens poteſt addere clauſulas præ
cedentium teſtõrum derogatorias, & alia quæ nõ mu
tent ſubſtantiam, & voluntatem teſtatoris, vt etiam
voluit Bal. in l. captatorias C. de teſt. milit. & habe
tur Ioa. And. in addi. ad Spe. in tit. de inſtru. editio-
ne §. inſtrumentum. in verſic. quid ſi à contrahenti-
bus in addi. magna. Secundo dico, quod etiam in ſcri
ptura protocolli ipſius notarij fuerunt appoſitæ clau
ſulæ derogatoriæ ſequentium teſtamentorum, & ſic
illæ fuerunt etiam expreſſæ ab ipſo Bartholomæo te-
ſtatore quo ad effectum, vt deſcendentes ſui uenien-
tes ab inteſtato poſſent ſuccedere, vt colligit primo
ex illis verbis, ibi, declarauit ex nunc velle mori ab in
teſtato, & ibi ſuos per lineam directam deſcendentes
venientes ab inteſtato ſuccedere tam ĩ bonis proprijs,
& emphyteoticis, ſi ipſum cõtigerit mori ſine alio te
ſtamento non faciente expreſſam, & in diuiduam mẽ
tionem hac ſua volũtate, & declaratione &c. hæc
enim non aliud in effectu important, quam ꝙ il
la diſpoſitio non poſſit per aliud teſtamentum reuo-
cari, niſi illa in teſtamento facto fiat mentio ſpecia
lis indiuidua, & ſic dicitur continere clauſulam de
rogatoriam ad ſequentiã teſtamenta iuxta, quæ habẽ
tur in d. l. ſi quis in principio in prin. Secundo colligit
ex illis verbis ĩ fine poſitis, ibi omni meliori mo
do, quo de iure fieri potuit, & debuit cum clauſulis ẽt
conſuetis, & etiam amplioribus, & derogatorijs ad
arbitrium ſapientis prædictorũ ſuorum hæredũ, &c. &
ſic expreſsè voluit teſtator in illa diſpoſitione eſſe ap-
poſitas, & apponi debere clauſulas derogatorias; er-
go ſequitur, ꝙ in ſequenti teſtõ de illis clauſulis fieri
debuit mentio ſaltem ſpecialiter ad hoc, vt ſequẽs te-
ſtamentum diceretur habere per ea, quæ volunt Bart. &
alij ſimiliter in d. l. ſi mihi §. in legatis, & d. l. ſi quis in prin
cipio cum ſimi. ſupra allegatis. ¶ Tertio probatur cõ-
cluſio prædicta per tex. in auth. de teſtam. imperfectis.
§. ſi quidem, ibi hoc ipſum expreſſum ſignificãte ſub
præſentia teſtium, & reliqua: ex quo tex. innuitur, qđ
haberi debet mentio de priori teſtamento ſpecialis,
& expreſſa, & de qualitate primi teſtamenti. Prærerea
cum in priori teſtamento in caſu noſtro dicatur ſine
alio teſtamento non faciente expreſſam, & indiuiduã
mentionem de hac ſua voluntate, & declaratione, vi
detur requiri ſpecialis, & indiuidua mentio in ſequen
ti de priore teſtamento, & quod generalis mentio de
priori teſtamento facta per illa verba caſſans, & irri-
tans &c. nõ videtur ſufficiens, quia † illud dicitur ſpe-
cialiter dictum, quod eſt à generalitate verborum ab-
ſtractum l. item apud §. hoc dictum ff. de iniurijs, l. vxo
rem §. feliciſſimo. ff. de leg. 3. l. j. §. dixit aliquis, & §. vn
de quæritur ff. de publicia. l. ſeruus vrbanis ff. de leg. 3. ĩ
c. quia ad agendum de proc. in 6. cum ſimil. ¶ Sed ta
men his omnibus minimè repugnantibus, contrariã
opinionem arbitror de iure veriorem in caſu noſtro,
quod teſtamentũ factum à Bartholomæo de anno 1528.
die j. Iulij validum, firmumq; ſit, nõ obſtante illa prio
ri diſpoſitione, de qua ſuprà, facta de ann. 1527. & mẽ
ſe Februarij, & conſequenter legata facta in d. vltimo
teſtamento Petro, Paulo, & Peruſino nepotibus de-
beantur, & peti poſſint: Pro qua opinione in primis
6 facit regula, quæ habet, † ꝙ vltima voluntas defuncti
quæ eſt, ſeu eſſe debet ambulatoria vſq; ad ſupremũ
vitæ ſpiritum iuxta l. cum hic ſtatus §. j. ff. de dona. in-
ter virum, & vxo. & l. 3. in fi. ff. de adimend. leg. debet
attendi, & cæteris præcedentibus præualere c. cũ mar
the de celebr. miſſa. c. vltima voluntas. 8 q. 2. & in d. l.
7 cum hic ſtatus. ¶ Secundo facit, † Nam quamuis ve-
rum ſit, neceſſarium fore ſpecialem fieri mentionem
de præcedenti volũtate derogatoria ad hoc, vt ſequẽs
teſtamẽtum valeat. d. l. ſi quis in principio in prin. ff. de
leg. 3. cum ſim. & habetur per Bar. ibi, & alios in locis
præalleg. Tamen plures contrarium tenuerunt. vt fue
runt Iacob. de Beluiſ. in authen. de teſtam. impetfec.
col. 7. & ibi Ang. Iacob. de Aren. & Anto. de Piſis. in d.
l. ſi quis in prin. Cy. in l. ſancimus, & Floria. in authen.
hoc inter liberos C. de teſtam. & Ioã. And. in nouella,
Io. de Fãtuccijs, Dom. de Sãcto Gem. & alij Moder. in
c. j. de conſtit. in 6. moti per tex. cui malè poteſt reſpõ-
deri, in l. diui. §. licet. ff. de iure codicill. vbi teſtator ex
preſsè in confirmatione codicillorum adiecit clauſu
lam derogatoriã ad futuros codicillos, & poſtea ſim-
pliciter fecit codicillos, nulla in illis facta mentione
de derogatione, ſeu de verbis derogatorijs: & tamen
dr̃ ibi codicillos poſtea factos valere: & mouetur iure
ↄſultus ex illa generali regula, de qua ſuprà, videlicet,
quia ea, quæ poſtea geruntur, prioribus derogant: &
ad tex. in d. l. ſi quis in principio in prin. multis modis
ipſe rñdent, & maximè ꝙ teſtator tantũmodo diſpo-
nebat circa ademptionem legatorum, quod ſibi per-
miſſum eſt, vt ibi; Quorum ſnĩa maximè vera eſt, itaq;
8 poſſet prior opinio limitari, † qñ teſtator feciſſet ſecũ
dum teſtamentum, in quo liberos ſuos hæredes inſti-
tuiſſet; quod fuiſſet ſolenne, & perfectum, factum co-
ram ſeptem teſtibus: nam tunc illud teſtamentum va
leret, etiam ſi ſimpliciter ipſum prioris pœnituiſſet,
abſq; eo, quod in ſecundo, ſeu vltimo ſpecialẽ mẽtio
nem feciſſet de clauſula derogatoria prioris teſtamẽ-
ti; quamuis etiam prius teſtamentum factum fuiſſet
inter liberos, vt eſt gl. in §. & ſi quidem in verb. expreſ
ſim in auth. de teſtam. imperfec. cum qua pertranſeũt
Ang. Ia. de Beluiſ. & Bar. ibi. & Sal. in d. auth. hoc inter
liberos poſt Bal. & ita in terminis voluit Ale. in conſ.
134. in j. vol. in 6. col. in verſi. Quinimo in caſu &c. fa-
cit id, quod voluit idem Alex. in conſi. 104. in 2. vol. 2.
col. ibi tertio principaliter &c. qui dicit, ꝙ per teſtamẽ
tum inter liberos, ſeu ad pias cauſas, in quo ſolùm ſer
uari debet ſolennitas iuriſgentiũ, & diuini cẽſetur re-
uocatum omne aliud teſtamentum præcedens: & ita
ẽt expreſſius ſentit in conſi. 156. in 2. vol. præſertim in
vlt. col. allegãdo tex. cum gl. in d. l. ſi mihi §. in legatis.
ff. de leg. j. Sed in terminis noſtris vltimum teſtamentũ
factum à Bartholomæo fuit factũ inter liberos, ergo
valuit abſq; eo, quod in illo fieret mentio de deroga-
tione acta in priori voluntate: quoniam ſicut teſta-
mentum inter liberos habet clauſulam derogatoriã
ad ſequentia; ita & ad prçcedẽtia, & magis d. auth. hoc
inter liberos, & in d. §. & ſi quidem. ¶ Et ideo non ob-
ſtat id, quod voluit Pau. de Caſt. in d. auth. hoc inter li-
beros, quem ſequitur Alex. in d. conſ. 163. in 7. vol. vbi
ad hoc, vt teſtamẽtum factum inter liberos continẽs
clauſulam derogatoriam poſſit per ſequens teſtm̃ re-
uocari, requiritur duplex derogatio ſpecialis, vltra il-
lam generalem derogationem inductã per ea verba
caſſans, & irritans, &c. Quia primo dici poteſt ↄ̃rium
uerius eſſe, vt ex prædictis colligitur maximè ex his,
quç voluit glo. & ibi Iaco. de Belu. Bart. & Ang. in d. §.
& ſi quidem, & Alexa. in conſilijs proximè allegatis.
¶ Secundo reſponderi poteſt, ꝙ caſu, de quo agitur,
multiplex

multiplex dicitur facta derogatio ĩ vltimo teſtamẽto,
9 † prima videlicet generalis per illa verba caſſans, & ir
ritans omne aliud teſtamentũ hactenus factum; imò
dicendo omne aliud teſtamentũ videtur ſpecialis de-
rogatio facta propter hæc verba vniuerſalia, q̃ omne
teſtamentum prius factum comprehendunt, & nullũ
excludunt l. Iulianus. ff. de leg. 3. & per verba vniuerſa-
lia dicitur quid ſpecialiter, & nominatim exprimi, &
commemorari etiã in ijs, in quibus pro forma, & ua-
liditate teſtamenti requiritur, quòd quid ſpecialiter,
& nominatim exprimatur, vt eſt tex. in l. 3. §. nomina-
tĩ. ff. d̃ iniuſt. rup. irrit. teſta. & melius ĩ l. Titius. in prin.
iuncta l. 1. & 2. ff. de lib. & poſth. facit, qđ voluit Alex.
in d. conſ. 146. in vlt. col. Alia & ſecunda derogatio di
cit̃ facta in vltimo teſtamẽto ſpecialis eo modo, quo
continebatur in primo; nam ſicut in priori dicebatur
tur facta derogatio ſequentibus teſtamentis ex le-
gis diſpoſitione, propterea quia illa prior diſpoſitio,
ſeu illud prius teſtamentũ erat factũ inter liberos, vt p
Pau. de Caſ. in d. auth. hoc inter liberos, & p alios ibi:
ita in vltimo dicetur facta derogatio præcedentibus,
ex quo illud factũ fuerat inter liberos: Si enim inter li
beros ex legis diſpoſitione cõtinet clauſulã derogato
riã ad ſequẽtia teſtamẽta d. auth. hoc inter liberos, ita
& multò magis dicetur cõtinere derogationẽ ad præ
10 cedentia: quia † propriũ teſtamenti eſt magis deroga
re præteritis, quàm futuris. d. l. cũ hic ſtatus, & in §. po
ſteriore inſt. quib. mo. teſt. infir. Alia adeſt derogatio
in vltimo teſtamento vltra derogationẽ contentã in
priori voluntate, quoniã in priori nullũ erat factum
legatum ad pias cauſas, in vltimo verò quàmplurima
11 diſpoſita fuerunt ad pios vſus; † & teſtamẽtum, quod
eſt factum ad pios vſus, & pia continet legata, dicitur
habere in ſe clauſulam derogatoriam tàm ad præteri
ta, quàm ad futura, ſicut teſtamentum inter liberos,
tum quia parificãtur, vt habetur in l. 1. C. de ſacroſan.
eccleſ. tum quia in vtroq; dicitur remiſſa omnis ſo-
lennitas iuris poſitiui, & ſolùm ſeruatur illa, quæ eſt
de iure gentium, & diuino, vt eſſe videtur de mente
Alex. in d. conſi. 146. in vlt. col. & probatur ex ijs, quæ
habentur in d. l. 1. & in c. indicãte de teſta. & per Rom.
in repet. auth. ſimiliter in 3. principali quæſtio. C. ad l.
falc. in quo ponit ſpecialia pię cauſæ circa vltimas vo
lũtates. Alia ẽt adeſt derogatio in vltimo teſtamẽto,
vt dicam ſtatim, p ea verba, caſſans, & irritans omne
aliud teſtamẽtum hactenus factum cum illa adiectio
ne abbreuiata, &c. per quam dicitur facta etiam dero-
gatio ſpecialis omnium clauſularum derogatiuarũ,
quæ in priori continetur voluntate, vt eſt de mente
Alex. expreſſè, & dicam illico in d. conſ. 163. in vlti.
col. in verſic. non obſtat etiam ſupradictis, ſi dicere-
tur &c. in 7. vol. ¶ Præterea, vt infrà dicetur in reſpon
ſione ad obiecta, in priori teſtamento non fuit appoſi
ta aliqua derogatio ad futura, & ſequentia teſtamen-
ta, ſed ſolum ad pręcedentia, ſi rei veritas attendatur,
& ab ea non recedatur: quæ veritas colligitur, & ha-
betur ex protocollo, & matrice notarij, & non ex ex-
tenſo facto à ſapiente aſſumpto ab aduerſa parte, qui
non potuit vltra mentem, & voluntatem teſtatoris
extendere, vt infrà dicetur, & ideò in vltimo teſtamẽ
to non fuit neceſſarium apponere clauſulam deroga
toriam ad derogationem clauſulæ derogatoriæ prio
ris teſtamenti. ¶ Tertio principaliter opinionem, &
12 concluſionem traditam ita confirmo; † nulli dubium
eſſe debet, quòd ſi in vltimo teſtamento fuiſſet dictũ,
caſſans, & irritans omne aliud teſtamentum hacte-
nus factum, etiam ſi in illo eſſent verba derogato-
ria expreſſa &c. & ſic in vltimo teſtamento eſſet appo
ſita, & expreſſa clauſula derogatoria præcedentiũ, te-
ſtamentu iſtud vltimũ valeret, & ex eo deberẽtur om

nia legata facta, etiã ſi in priori vltima voluntate fuiſ
ſet appoſita clauſula derogatoria ſequentiũ teſtamen
torũ, vt eſt de mente omnium in d. l. ſi mihi §. in
tis poſt glo. & probatur in d. l. ſi quis in principio
prin. & ibi Barto. & omnes, & p doc. in d. l. ſancimus
& in d. auth. hoc inter liberos. C. de teſtam. idque pro
batur in d. §. & ſi quidẽ, vbi glo. & doct. in authen. de te
ſtã. imperf. & per Paul. de Caſ. in d. cõſi. 181. & in alijs
cõſilijs ſuprà allega. Sed in caſu noſtro in hoc vltimo
teſtamento dr̃ eſſe appoſita ſpãlis derogatio & clauſula de
rogatoria p̃cedentiũ omniũ teſtamẽtorũ, ergo &c.
13 Minorẽ pbo, † nã dictũ fuit in vltimo teſtamento
vltimam ſuam voluntatem aſſeruit eſſe, quam
voluit iure teſtamenti, &c. caſſans, & irritans
lans omne aliud teſtamentum hactenus per eum fa
ctum & cætera abbreuiatè: qua abbreuiatura & cæte
ra appoſita, teſtator voluiſſe videtur, quòd illa verba,
& illæ clauſulæ extendantur ſecundum ſtilum, & con
ſuetudinem notarium, & maximè notarij rogati
ad conſiliũ ſapientis, hoc eſt iudicis, ſeu notarij
do non conſtaret de ſtilo notarij, vt volũt Bal.
Alex. & doc. omnes in l. gallus §. idẽ credendum
liber. & poſth. per illum tex. qui optimè probat
per illã abbreuiaturam & cætera iurecõſultus vult
omnia præcedentia neceſſaria ad validitatẽ teſtamen
ti eſſe repetita: & dicit Bal. in l. hac conſultiſſima, in
prin. C. de teſtamẽ. quod ſi in teſtamento ſit ſcriptum
pręſentibus talibus teſtibus &c. teſtes cẽſentur rogati,
& ita illa verba deberent extendi, cum de eorum na
tura ſit ampliare, & roborare ex interpretatione hu
ius breuiloquæ interpretationis per tex. in d. §. idem
credendum: Et ideò in terminis noſtris illa verba caſ
ſans, & irritans & cætera, debent extendi cum clau
la derogatoria præcedentium ad hoc, vt valeat teſta
mentum, non obſtante priori teſtamento, in quo eſ
ſet appoſita clauſula derogatoria ſequentium, per tex.
in d. §. idẽ credẽdũ, vt Bal. ibi expreſſè, & in indiuiduo
voluit; qui quidem etiam iudicio meo idẽ voluit in
indiuiduo in teſtamento inter liberos in d. auth. hoc
inter liberos in uerſi. Et ideo ſufficiunt generales clau
ſulæ caſſans, & irritans omne aliud teſtamentum &c.
adeo, vt dicatur ſufficienter derogatum priori teſta
mento habenti clauſulam derogatoriã ad ſequentia:
14 † hoc idem eſt de mente expreſſa Bar. Bal. Alex. Imol.
& aliorum communiter in l. illa inſtitutio in prin. ff.
de hæred. inſtit. qui dicunt, quòd ſi in teſtamẽto ſit di
ctũ illud eſſe extendendũ ad conſilium ſapientis, teſta
mentũ extendi debet cũ clauſula derogatoria præce
dentiũ ad effectũ, vt valeat; quod nõ valeret, ſi in illo
non fuiſſet facta derogatio prioris teſtamenti, in quo
erat expreſsè poſita clauſula derogatoria ſequentium
per ea, quæ habentur in d. l. ſi qs in principio: faciunt
etiã illa, quæ dicuntur p Barto. in l. argentarius in prin
ci. ff. de edend. per Specul. in tit. de inſtr. edit. in §. of
ſo in verſ. quid ergo ſi imbreuiatura, & ibi per Io.
Andr. ĩ addit. ad Specul. p do. Ant. Io. de Imol. & alios
in c. cum P. tabellio de fide inſtrum. vbi etiã notantur
cui ſunt commiſſę ſcripturæ notarij, poteſt extendere
re imbreuiaturam, ſeu illa verba & cætera ſcripta ab
breuiatè ſecũdũ ſtilum notariorum, & eo modo, quo
actus magis valeat, & conſequenter poterit addere in
teſtamento propter verba illa abbreuiata &c. clauſu
lã derogatoriã præcedentium, quicquid dixerint Io.
15 de Imol. & Modern. † in d. §. idem credendum; quoniã
dictum poſſet procedere in clauſula derogatoria ſe
quentiũ, quæ eſt maioris præiudicij, & importantiæ,
nõ autẽ in clauſula derogatoria p̃cedentiũ. p quã ſal
uatur teſtamentũ, in quo ea ſubiũgit̃, ſeu extẽditur, vt
per Bal. in d. §. idem credendũ, & p Bart. & alios in d. l.
illa inſtitutio: ſed per clauſulã derogatoriã ſequentium
non

non ualidatur actus, ſeu teſtamentū, in quo apponiſ, quia per ſe ualet, & in ſe tenet; ſed inualidantur teſtamenta ſubſequentia. Quare cum diuerſa ſit ratio, nil mirū, ſi per illa uerba abbreuiata &c. magis poteſt ſuppleri clauſula derogatoria præcedentiū, quàm ſequẽ ... & ita poſſunt intelligi, & declarari ea, quæ uoluit ... Io. de Imol. in d. §. idem credendum, vt etiam eſt mente ipſius in d. l. illa inſtitutio, qui dicit, quod ad ... vt teſtamentū valeat, & ne pereat, poteſt ſapiens ... re illā clauſulam derogatoriam præcedentium: ... opinionem ueriorem, & æquiorē eſſe inquit, ... actus ualeat potius, quàm pereat, & faciunt ea, q̄ uo... Alex. in d. cōſ. 163. in 6. vol. ī ult. col. in uerſ. nō ob ... etiā ſuprà dictis &c. & Feli. in c. cum P. tabellio in. ... col. ſeptimo quæritur de fid. inſtr. ¶ Quarto prin... corroboro concluſionē traditā, quòd teſtamentum ultimo loco factum valeat, poſito etiā, ſed nō ... quòd non contineret clauſulā derogatoriā præcedentiū; † nā hæc clauſula ad derogationē prioris teſtamētū nō fuit in caſu noſtro neceſſaria, ex quo in priori non fuit appoſita clauſula derogatoria per ea, quæ uolunt Bar. & alij in d. §. in legatis, & ī d. l. ſi qs in principio in prin. cum ſimil. ſuprà alleg. vbi ita de... in ultimo teſtamento ad hoc, vt valeat, non ſolum ... debet mentio de priori teſtamento, ſed etiā de clauſula derogatoria ſequentium, quando in illo priori eſt appoſita: ergo vbi nulla eſt talis clauſula derogatoria appoſita in priori teſtamento, tunc in ultimo de illo non eſt facienda mentio, quia ſatis tollitur primū teſtamētū per ſecundū, & ſecundū ualet, ex quo ... d. §. poſteriore inſt. qb. mo. teſt. infirm. d. l. cum ſtatus. §. 1. cū ſimil. ſuprà alleg. Quod autē ī prioritestamēto facto de anno. 1527. de Mēſe Februarij poſtea fuit extenſum ad conſiliū ſapiētis, nō ... appoſita clauſula derogatoria ſequentiū, ſed ſolum præcedentiū, manifeſtè cōſtat rectè intelligēti, ſi ... & matricis verba benè cōſiderent, prout ī protocollo notarij ſcripta reperiuntur; † cui ꝓtocollo ... & nō exēplo, Bal. in l. publicati, & in l. noſtrā. ... Abb. in c. tā literis de reſtit. in integr. in pē. ... Bar. in l. Sempronius. ff. de legat. 2. Felin. in c. ... contra de probat. nū. 10. latè ꝑ doct. in d. c. cū. P. tabellio, ubi Feli. in 4. col. ibi. ſeptimo quæritur, Teſtator enim pœnitēs cuiuſdā teſtamenti prius facti re... omne teſtamentū per ipſum prius factum, ... uoluit ab inteſtato decedere, caſſatis, & annullatis, & reuocatis, ſciſſis, & cancellatis relictis, & legatis in dicto primo teſtamēto factis, & inſtitutionibus ī illo appoſitis, reuocādo etiā clauſulas ſub quacūq; verbo ... forma, & ſerie factas, etiā derogatorias in futurū inpoſitas, & deſcriptas, &c. uſq; ad illa verba, & ſic declarauit ex nunc, &c. à qbus verbis aſcēſiuè uſq; ad principiū ſolū reperitur facta derogatio pręcedentiū inſtitutionū, legatorum, & aliorum antea diſpoſitorū, vt apertiſſimè colligitur à principio dicti teſtamēti facti de anno 1527. de Menſe Februarij uſq; ad illa verba, ... declarauit &c. Poſtea ab illis verbis infrà uſq; ad ... etiā nō dicitur facta derogatio aliqua ſequentium, & futuorum teſtamentorū, nec appoſita clauſula derogatoria ad futura, & ſequentia teſtamenta tali..., quod teſtamentum ultimo loco factum de anno ... de Menſe Iulij poſſit dici nullum, & inualidum; ... demonſtro, pōderando uerba teſtamenti, quæ ... derogationē ad ſequentia importare, vt ſunt ... ſic declarauit ex nūc uelle mori ab inteſtato, & ... per lineā directam deſcendentes ab inteſtato ... tàm in bonis proprijs, quàm emphytheo... ſi ipſum contigerit mori ſine alio teſtamento non faciēte expreſſam, & īdiuiduā mētionē de hac ſua uoluntate, & declaratione, &c. & vt ſunt illa verba quaſi in fine poſita, cum clauſulis etiam extendendis, & etiā amplioribus, & derogatorijs ad ſenſum ſapientis prædictorum ſuorum deſcendentiū ab inteſtato uenientiū, rogās, &c. Nā primo illa verba, ſi ipſum mori cōtigerit ſine alio teſtamento non faciente expreſſam, & indiuiduam mentionē de hac ſua declaratione, & uoluntate, &c. nō dicuntur continere derogationē ſequentiū, & futuorū teſtamentorū, ſed potius quandā conditionem, ſub qua uenientes ab inteſtato uocati,

18 ſeu inſtituti ſunt, † quia uerba derogatoria, ſecundum quòd uolunt, & declarant doct. Bart. & alij in d. l. ſi mihi. §. in legatis, in d. l. ſi quis in principio in princip. & in l. ſancimus. C. de teſtam. & in alijs locis, de quibus ſuprà, ſunt, quando teſtator dixit, quòd uolebat teſtamentū illud ualere, non obſtante quocunque teſtamento etiā in futurum faciēdo, & ſi cōtingeret aliud teſtamentū fieri, quòd nolebat illud ualere, &c. uel ſi alijs ſimilibus verbis uſus fuiſſet, ſed iſta verba, vt ſuprà, expreſſa in d. teſtamēto facto de anno 1527. hoc non important, poſſunt enim primo ītelligi merè affirmatiuè, ex quo continent duplicem negatiuā, ſeu duplicem ſenſum priuatiuum, videlicet ſi contigerit eum ſine teſtamēto alio decedere non faciente mentionē, &c. iux. tex. in. l. duobus negatiuis. ff. de verb. ſigni. & ſenſus horum verborū videtur eſſe, quòd venientes ab inteſtato ſuccedant, ſi ipſe teſtator morieſ cū teſtamento faciente mentionē, &c. ſecundum quā intelligentiā iſta verba nō dicentur inducere derogationē, ſeu continere clauſulā derogatoriā ad ſequentia, immò eius contrariū, videlicet, quòd deſcendentes venientes ab inteſtato ſuccedere debeāt, ſi cōtigerit ipſum teſtatorē mori cum alio teſtamento faciēte ſpecialem, & indiuiduam mentionem de hac ſua reuocatione: ſed aliud teſtamentum factū fuit ex poſt facto, in quo huiuſmodi mētio facta nō fuit, ergo ex dictis verbis nō diciſ impediri, quin valeat teſtamentū ultimo loco factū, in quo nulla facta fuit mentio de illa priori diſpoſitione in ſpecie. Verùm quia hęc intelligentia non multum benè videtur conuenire mēti, & voluntati teſtatoris, quæ verbis omnino eſt ꝓferenda, ut in. l. hoc articulo, & ibi Bald. ff. de hæred. inſtit. &

19 in. c. præterea, c. in his cum ſimi. de verb. ſign. † ideò illa, aliter declarando, ſignificare dicuntur idem, ac ſi dictum ſolum ſimpliciter fuiſſet, uolo uenientes ab īteſtato ſuccedere, ſi non fecero aliud teſtamentum, ſeu ſi contigerit me mori ſine alio teſtamento abſq; illis uerbis, non faciente mentionem, &c. quoniā quando quis moritur ſine alio teſtamento, uerū eſt ſemꝑ aliquam mentionem non fuiſſe factam in teſtamēto illo; ſi namq; nullum aliud eſt factum teſtamentū, neceſſariò ſequiſ, quòd nō ſit facta mētio de illa reuocatione ī alio teſtamēto, q̄a nō entis nullę ſunt partes, iuribus uulgaribus; ſed in caſu noſtro aliud factū fuit teſtamentū, & ſic defecit cōditio illa ſi cōtigerit eū mori ſine alio teſtamēto, ergo, &c. ¶ Præterea illa verba ſi cōtigerit eū mori ſine alio teſtamēto nō facient mentionē, &c. nō poſſunt uerificari, nec ualere in totū, vt exprimuntur, quoniā videntur quodammodo implicare, & impoſſibile continere, prout expreſſa ſunt: nā quando non eſt factum teſtamentum, hoc, quod in illo fiat, vel non fiat mentio, &c. cadere non poteſt ſuꝑ hoc caſu, tū quia nō entis nullæ ſunt qualitates, vt ſup. tū etiā q̄a facere, vel non facere, fieri, vel nō fieri, ſeu agere cadūt ſolū ſuper eo, qui poteſt facere, & non facere, ſeu agere, & non agere, & vbi deficit huiuſmodi poteſtas agendi, & non agendi, tunc non poſſunt uera eſſe illa verba, quod fiat, vel non fiat mentio, vt colligitur ex ijs, quæ uolunt Petrus de Bella pert. in l. cum Papinianus. C. de ſentēt. Paul. de Leaza. ī c. multi. 2. q. 1. Io. de Lign. do. Anto. Abb. & alij in c. at ſi

clerici

clerici iu prin.in 2.glo.in articulo, an clericus poſsit ī
cauſa ciuili recōueniri corā ſeculari,extra de iudicijs,
facit tex.in l.pupillus.ff.de acquir.hęred.cū ſimil.ergo
in caſu,quo nō eſſet factū teſtamentum, nō poteſt ca
dere etiā iſte caſus , quod in illo fiat , vel nō fiat men-
tio aliqua.Quare illa verba,prout iacēt,nec ſtare, nec
uerificari poſſunt : tacitè ergo cōprehendunt(& hæc
videtur fuiſſe mens teſtatoris) videlicet, quòd ueniē-
tes ab inteſtato ſuccedant, ſi contingat ipſum teſtato-
rē decedere ſine teſtamento,vel cum teſtamento non
faciente mentionem &c. qui caſus quamuis ſit conſi-
derabilis,& conueniens menti ipſius teſtatoris,tamē
20 nō poteſt in terminis noſtris effectū habere: †quoniā
ſi id,quod eſt expreſsū, & prout eſt expreſſum, valere,
& uerificari non poteſt, vt ſuprà,ergo nec id, quod ta
citè continet,& quod tacitè venit ex mēte ad effectū,
vt inducatur derogatio ſequentiū teſtamentorū,p re-
gulam,quā tradit Alex. in hac materia derogationis,
ſeu clauſulæ derogatoriæ,in d.l.ſi mihi.§.in legatis.ff.
de lega.1.quòd quādo ſumus in ijs,q̄ nutu fieri,ſeu tol
li nō poſſunt, vt eſt facere , ſeu tollere teſtamentum,
quod ſolo nutu fieri non poteſt,ſi non valet id, quod
eſt expreſſum,vt expreſſum eſt,nō valet etiā id, quod
eſt tacitū , ſeu ex mēte tacitè infertur : & ideò ex illis
verbis,de quibus in dicta reuocatione, non poteſt di-
ci introducta expreſsè,nec tacitè aliqua derogatio ad
21 ſequētia teſtamēta.¶ Adde,quòd†cū materia clauſulę
derogatoriæ ad ſequētia teſtamēta ſit exorbitans à re
gulis iuris,quæ volunt voluntatem teſtatoris eſſe am-
bulatoriam uſq; ad ultimū vitæ ſpiritum.d.l.cum hic
ſtatus, & quod ſuprema voluntas deroget præceden-
tibus,& nō ecōuerſo. §.poſteriore inſti.quib. mod.te
ſtā.infir.& ſic ſit odioſa,& reſtringēda,vt colligitur ex
ijs,quæ uolunt Bar.& alij in d. l.ſi quis in principio,&
in d.l.ſi mihi.§.in legatis,& in d.l.ſancimus cum ſimil.
vbi non attentis verbis indiuiduis,& expreſsis à teſta-
tore,quòd niſi dixerit Aue Maria, vel alia verba ſimi
lia &c. volunt ſufficere ſimpliciter facere mētionē de
verbis derogatorijs , abſq; quod exprimantur verba,
22 quę teſtator voluit exprimēda eſſe, inde ſequit†quòd
ex verbis teſtatoris, q̄ poſſunt diuerſimodè intelligi,&
quæ fortè tacitè poſſent importare derogationē, nō
dicatur induci huiſmodi derogatio ad ſequentia, arg.
tex.in c.quæ à iure de reg.iur.in 6.l.ſi uerò. §. de viro.
23 ff.ſolu.matr.¶ †Ex illis quoq; uerbis circa finem poſi
tis cū clauſulis etiā extendēdis, & amplioribus etiā de
rogatorijs ad ſenſum ſapientis &c. non debet dici fa-
cta derogatio ad futura, & ſequētia teſtamēta , ſed de-
bēt ea verba ītelligi de illis clauſulis derogatorijs , de
q̄bus ſuprà ī prīcipio facta fuerat mētio, & ſic de clau-
ſulis derogatorijs præcedentiū, quæ nō dicuntur tàm
exorbitantes, & contra regulas iuris, & odioſæ , ſicut
clauſulę derogatoriæ ſequentiū:quoniam primæ ten
dūt ad cōſeruationē, & ualiditatē teſtamēti, & diſpoſi
tionis,in quibus ſunt appoſitæ, itē vt ſuprema ultima
uoluntas, & ultimū teſtamentū præferatur, ſed clauſu
læ derogatoriæ ſequentium ſui natura non tendunt
principaliter ad ualiditatē teſtamenti, in quo ſunt ap-
poſitæ,nec per illas fit, vt vltima diſpoſito, & vltimū
teſtamentum valeat , ſed totum contrarium, ergo vt
minor facta dicatur derogatio , minuſq; recedatur a
regulis iuris, dicendum eſt, quòd ītelligantur illa ver-
ba de clauſulis derogatorijs pręcedentium, de quibus
teſtator loquutus fuerat , non autem derogatorijs ſe-
quentiū : & maximè quia ſequentia recipiūt in dubio
declarationem, & interpretationem à præcedentibus.
l.ſi ſeruus plurium in fin.cum ibi not.ff.de lega.1.l.nū
mis.ff.de lega.3.¶ Pręterea quamuis Alex.in cōſ.163.
in 7.uol.in 2.col.in verſi.nec obſtat, ſi diceretur &c.di
cat, quod quando fit mentio in teſtamēto de clauſula
derogatoria ſimpliciter ī genere, debet ītelligi etiam
de derogatoria ſequentiū p aliqua ſatis friuola, q
24 rùm ſtringunt;† tamen ipſe non loquitur, quando
eodē teſtamento facta fuiſſet mentio ſpecialis de
rogatoria præcedentium; quoniā quando eſſet
mētio ſpecialis de derogatoria pręcedentiū, & po
in fine ſimpliciter fieret mētio de clauſula deroga
ria extendenda ad conſiliū ſapientis, deberet intelligi
de illa, de qua prius fuiſſet teſtator loquutus, arg. eo
rum, quæ habentur in d.l. ſi ſeruus plurium in fi.cum
ſimilib. Item quia ſic fieret minor derogatio, & mi
nus fieret cōtra regulas iuris: Alex. ad hæc loquitur,
quando de clauſula derogatoria ſimpliciter fie
ſet mētio per verba futuri tēporis, iuxta
quis in prin.ff.de lega.2.& in l.ſi à colono.ff.
ſigni . ſed in caſu noſtro ſimpliciter facta fuit
de clauſulis derogatorijs ſine verbis futuri tēpo
tis cōprehendere futura teſtamēta, ergo
intelligi de derogatorijs præcedentiū, & non
rum, vt eſt de mente Alex.ibi.Præterea Alex.
cto conſi.voluit , quod intelligatur etiā de dero
rijs ſequētiū, loquitur, quando nullum præce
ſtamentū, cui poſſet derogari, ſeu ad quod po
ſula derogatoria, referri, & extēdi, quoniā
ſula non dicatur eſſe fruſtratoriè appoſita,
quòd intelligatur de derogatoria ſequentiū
cundū ipſum, ſi aliud præceſsiſſet teſtamētū
poſſet clauſula derogatoria referri, quia tunc
bio intelligeretur de derogatoria præcedentiū
ſequentium : Sed in caſu noſtro aliud præcedebat
ſtamentum, ad cuius derogationē emanauit ſeque
diſpoſitio reuocatoria, in qua fuit facta ſimplex m
tio de clauſulis derogatorijs, ergo debet ītelligi de
rogatorijs pręcedentiū; & non de derogatorijs ſeq
tium. Quibus ſtantibus, ſequitur , quòd vera eſt co
cluſio ſuprà tradita, quòd vltimum teſtamētū, in quo
facta fuerūt legata dictis Petro, Paulo, & Peruſino
potibus, ſit validum , & ex eo legata debeantur
prædictis infertur, quòd ſapiens , ad cuius conſiliū
fieri poterat extenſio iuxta poteſtatē à teſtatore tradi
tam, non potuit extendere cum clauſula derogatoria
ſequentium, ſed ſolū præcedentium: quia contra m
tem, & voluntatem teſtatoris de iure non eſt ſibi cō
ceſſum extendere, vt habetur p Bar.Imol.Bal.& alios
in l.illa inſtitutio in prin.ff.de hæred.inſt.& per Ca
niſtas, maximè Moder.poſt Abb.in c.cū P.tabellio
fid.inſtru.& arg.eorū, quæ habentur per doc.Mod.
Imo.in l. gallus.§.idem credendum.ff.de lib.& poſt.
& per Alex.in d.cōſ.163.ī pe.col.uo.7.¶ Supereſt mō
primo loco in cōtrariū adductis reſpōdere, & primo
fundamento apparet reſponſum ex ijs, quæ latiſsimè
dicta ſunt quaſi per totū conſiliū . Secūdo argumēto
etiā colligitur reſpōſio ex ijs, quæ dixi ſupra ī ſecūdo
fundamento facto ad fauorem Petri, Pauli, & fra
¶ Tertio nō obſtat §.& ſi q̄dē in auth.de teſt.imp
procedit, quādo in ultimo teſtō eſſent inſtituti
nei, & nō liberi teſtatoris, vt voluit glo. ibi in ver
fecta, cū qua pertranſeunt Iac.de Beluiſ. & plures alij
quos retuli in d.ſecūdo fundamēto.¶ Nō obſtat quar
tū argumentū, quia ad hoc, vt dicatur ſufficienter de
rogatū; vel ſufficiens facta mentio, & expreſsio in ter
minis noſtris, non requiritur indiuidua, & ſingularis
expreſsio, & mentio, ſed ſufficit ſpecialis, etiā ſi teſta-
tor uoluiſſet indiuiduam, & ſingularem mentionem,
& expraſsionē fieri debere, vt p Bar.& omnes, ī d.l.ſi
quis in principio in prin.& ī d.l.ſancimus, & p Alex.
in conſilijs ſuprà allegatis, maximè in conſi.134.in
uol.p Pau.de Caſ.in d.cōſ.181.¶ Nō obſtat etiā quòd
quando teſtator mandauit teſtamentū debere exten
di ad conſilium ſapientis, ſapiens poteſt extendere cū
clauſula

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

clauſula derogatoria, vt per Bar. Bal. & alios in d.l. illa
inſtitutio &c. Quia primo reſpondetur, quòd in hoc
caſu, vt ſunt Imol. & Moder. in d.l. illa inſtitutio con
trarium tenent, Secundo, quòd opinio Bart. & alio-
rum, q̃ puto veram, procedit in clauſula de-
rogatoria præcedẽtiũ: ſed opinio ꝯriũ tenentium poſ
ſet ſuſtineri in derogatoria ſequẽtiũ: rõ diuerſitatis
colligitur ex dictis ſuprà, quæ aliter non refero. ¶ Ca
pio ſecundum dubium, quod habet, poſito pro vero, prout
ego arbitror eſſe, quod teſtm̃ vltimo loco factum
ſit validum, An legata facta dictis nepotibus cenſean-
tur adempta in totum, vel in partem ex verbis inſtitu
tionis vniuerſalis factæ per hæc verba, in omnibus aũt
ſuis bonis mobilibus, & immobilibus proprijs, & em
phyteoticis &c. ſine pronomine alijs. Et abſq; allega
tionibus hinc inde factis, ꝯcludo de iure veriſſimum
legata integraliter deberi dictis nepotibus, & alijs
legatarijs, neq; eſſe pro aliqua parte adempta; † qm̃ qñ
teſtator facit primo aliquod particulare legatum ali-
cui, & poſtea aliquem inſtruit hæredem ſimpliciter,
vel indefinitè aut vniuerſaliter in oĩbus bonis &c. nõ
intelligitur inſtituere hæredẽ illum in eo, de quo aliter
erat enim ſpecialiter diſpoſitum. l. vxorem. §. fæliciſſi
mo. ff. de leg. 3. l. alimẽta. §. Baſilicæ. ff. de alim. & cib.
leg. l. pater rerũ. §. ſi quid poſt in fi. ff. de leg. j. Nec re-
fert an dixerit ſimpliciter, inſtituo hæredem vni-
uerſalem in omnibus bonis, an verò ĩ omnibus alijs
bonis, his terminis voluit, & conſuluit Alex. in con
ſil. 5. vol. 6. vol. ibi nec obſtat &c. & ĩ indiuiduò
etiam conſuluit Alex. ipſe in conſ. 25. in vlt. col. in
j. vol. & tex. in §. ante hæredis inſt. de lega. vbi nõ re-
fert, an inſtitutio hr̃dis fiat ante legata, an verò poſt,
ad hoc vt legata valeant, & debeãtur. ¶ Præterea quã-
uis per inſtitutionẽ vniuerſalem hæres diceretur inſti
tutus etiam in rebus, & bonis legatis alter tñ propter
hoc non tollitur, quin hæres teneatur illa legata inte-
graliter præſtare ſine diminutione aliqua, quando fal
cidia non eſſet detrahenda. l. j. ff. ad l. fal. & inſt. eo. titu.
quia legata particularia ſunt de hæreditate, & de bo-
nis hæreditarijs, ad quæ præſtãda tenetur hæres, cum
legatum ſit donatio quædam à defuncto relicta ab hę
rede præſtanda l. legatam. ff. de lega. j. §. j. inſt. de lega. &
ſemper ac regulariter legatum capi de mauu hæredis
alioquin legatarius legato priuaretur. l. non dubium.
C. de lega. cum ibi no. ¶ Capio vltimum dubium, An
emphytheoſis ab eccleſia cõceſſa in terminis noſtris
pro ſe, filijs, & nepotibus legitimis, & naturalibus ex
legitimo matrimonio naſcituris vſque in tertiam ge-
nerationem potuerit legari nepotibus ex fratre ſtan-
te licentia alienandi: & an Petrus, Paulus, & Peruſinus
pronepotes Euangeliſtæ, cui fuit cõceſſa emphytho-
ſis ſub forma prædicta, dicãtur de comprehẽſis in in-
ueſtitura: Et omiſſa diſputatione, breuitati ſtudendo,
facio primo hanc concluſionem, ꝙ dicti Petrus, Pau-
lus, & Peruſinus, qui ſunt pronepotes dicti Euangeli-
ſtæ, dicuntur de cõprehenſis ſub inueſtitura, & ſic de
admiſſis ad dicta bona ex forma conceſſionis, tum qa
ſunt legitimi, & naturales nati ex legitimo matri-
monio, tum quia conceſſio facta fuit vſq; in tertiã ge-
nerationem, prout regulariter ꝯcedi, & fieri põt de iu
re, iuxta tex. in authen. de non alien. §. emphytheo
26 ſis. 2. & no. in authen. ſi quas ruinas. C. de ſacro-
ſanct. & vbicũq; eſt facta cõceſſio pro ſe, filijs, &
nepotibus vſq; in tertiã generationẽ, pro nepotes, qui
dicuntur eſſe de tertia generatione, comprehenduntur
in conceſſione, & in inueſtitura, vt colligitur ex ijs, quę
in his terminis Alex. in l. quod dicitur in 24. col. ff.
de verb. obl. & Bal. in d. auth. ſi quas ruinas, vbi ille dr̃ eſ
ſe in tertia generatione, q̃ eſt tertio generatus poſt ca-
put familiæ, cui facta fuit conceſſio, & ideò pronepo-
tes illius dicuntur eſſe in tertia generatione, quia ca-
put familiæ, cui facta fuit conceſſio, non dicitur eſſe
de generatione, cùm ſuimet nõ poſſit dici generatio,
vt ibi latiſſimè per Alex. qui plurima allegat, quicq̃d
dixerit Sal. in l. 2. C. de iure emphyt. in 17. q. ¶ Ex his ſe
cũdo infero, ꝙ dicta emphytheoſis magis Petro, Pau-
lo, & Peruſino pronepotibus dicti Euãgeliſtæ potuit
legari, & relinq̃ q̃ poſthumo, ſeu filio Domini Hiero
nymi filij naturalis legitimati dicti Bartholomæi te-
27 ſtatoris, tum † quia nunquã cenſetur prohibita aliena
tio de bonis emphytheoticis ab eccleſia ꝯceſſis inter
ꝑſonas cõprehenſas in inueſtitura, & cõceſſione, ſm̃
quod habetur plenè per Bar. Alex. & alios in l. qui Ro
mæ. §. duo fratres in 10. q. ff. de verb. obl. cũ ſimil. ibi al
legatis, quæ breuitatis cauſa non refero, tum quia di-
ctus fili⁹ natus ex Domino Hieronymo proceſſit ex
radice infecta, hoc eſt, ex filio naturali legitimato di-
28 cti Bartholomæi, † qui ex natura emphtyheoſis eccle
ſiæ non poteſt ſuccedere, nec admitti ad huiuſmodi
emphytheoſim, ſm̃ quod habetur ĩ l. ex facto. §. ſi quis
rogatus. ff. ad trebell. & plenè in c. in præſentia de pro-
29 ba. per oẽs, iuncta l. fi. C. de naturali liber. † Et quamuis
Comes Palatinus poſſit legitimare etiam ad emphy-
theoſim eccleſiæ, & ſic videatur legitimatio valere
etiam quò ad bona emphytheotica, vt dictus Domi-
nus Hieronzmus potuerit in illa ſuccedere, iuxta ea, q̃
habentur in c. j. §. naturales, cũ ibi not. ſi de feu. contẽ.
ſit inter & c. in vſib. feu. & in c. per venerabilem qui filij
ſint legit. qa legitimatus verè eſt legitimus, & natura-
lis, vt habetur per doc. magis cõiter in d. c. per venera-
bilem, & in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. in d. c.
in præſentia, & in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib.
& poſth. tamen ex quo natura emphytheoſis in caſu
noſtro eſt, vt debeat tranſire ad legitimos, & natura-
les ex legitimo matrimonio naſcituros, cõcludendũ
videtur, quòd per legitimationem factam à comite di
ctus dominus Hieronymus non potuerit in illa ſuc-
cedere, quoniam licet uerum ſit, ipſum eſſe effectum
30 legitimum, & naturalem per legitimationem, † non
tamen verum eſt, ipſum natum fuiſſe ex legitimo, &
vero matrimonio, vt atteſtãtur doc. maximè Moder.
in d. l. ſi is qui ꝓ emptore, & latius in d. c. in præſentia,
& no. in §. præſenti auth. de ſanctiſſ. epiſcop. cum infi-
nitis quottis, & cõſilijs, quæ poſſem allegare: & dicit
Bal. in d. auth. ſi quas ruinas in fi. j. colu. quòd quando
ab eccleſia eſt cõceſſa emphytheoſis vſq; ad ſecũdam,
ſeu tertiam generationem, filius naturalis, ſiue baſtar
dus nõ includitur in generatione, & ideò videtur, ꝙ
dictus Bartholomęus teſtator potuerit de iure magis
relinquere fundum emphytheoticum eccleſiæ dictis
ſuis nepotibus ex fratre, qui dicũtur eſſe de compre-
hẽſis in inueſtitura, quàm filio ſuo domino Hierony-
mo, ſeu filio naſcituro ex dicto dño Hieronymo: nã
licet emphytheoſis eccleſiæ non poſſit alienari. c. po-
tuit de loca. poteſt tñ alienari inter comprehẽſos in
31 inueſtitura, vt ſuprà. † Item poteſt legari vni ex cõpre-
henſis in conceſſione, & inueſtitura etiam alijs exclu-
ſis, vt declarat Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de
ope. libert. & ibi Alex. & habetur per Bald. in d. auth. ſi
quas ruinas in penu. col. C. de ſacroſan. eccl. Quare ex
omnibus prædictis concludendum eſt ad fauorem di
ctorum Petri, Pauli, & Peruſini. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentũ an ſtatim dicatur reuocatum per ſimplicem illius re uocationem non diſpoſitiuam, an verò ſolum effluxo decennio.*
2 *Teſtm̃ ſtatim reuocatur per ſimplicẽ reuocationẽ corã ſeptẽ, vel quinq; teſtibus factã, hoc expreſſo, qa vult inteſtat⁹ ſuccedere,*
3 *Idem, ſi hoc non ſit expreſſum.*

L. ſancimus.